ti credet facilè. Diatypoſis ut placet? an cenſes uſui futuram ſtudio Philoſophico ſ veſtro? Ego non velim aliter imprimi, niſi cum Daſypodianis, è Græcis adjectis, literis reſpondentibus utrobique. Et tunc mitterem dedicationem Hœfeldero Eslingæ faciendam. Chaſmata 3. 4. 5. Febr. viſa longè lateque hic Uratislaviæ, in Marchia, Voitlandia, Laubani, Dreſdæ. Diſtineor multarum ſcriptione; ignoſce ex Vale. Sagani d. 7/16 Febr. Anni 1630.

Matthias Berneggerus Jo. Kepplero S.P.D.

QUod felix, fauſtum, fortunatumque DEUS eſſe jubeat, aliquando tandem ad te, vir Summe, viam adfectant, hodiè ſeſe itineri commiſſuri, neonymphi noſtri, ge-